Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26352
Copyright: Admont, Benediktinerstift



fulcite me floribus. stipate me malis. quia
amore langueo. Vos o benigni defensores. in cognitione illa ad quam ordinauit me
dominus. fulcite me sustentate et adiuuate
me auxilio uirtutis defensionis. fulcite me
floribus. fulcite me in spe. ne cadam. ne
in labore deficiam. fulcite me floribus.
ut sic in mercedis bone operationis proficiam.
ut fructum perfectionis quem spero. quem desidero
in patrimonis meis inuenam. Stipate me ma
lis. circumdate me sapore dulcedinis. quam
non raro in meditatione; frequenter: in tentationis; ha
bundanter sapiam. circumdate me uirtutum
odore. quibus patrimonis edificem et instituam.
Est et alius sensus in his uersibus. qui ita sona
re uidetur. quasi illos ad quos iniuria exire
compellitur. exhortando alloquatur. ut ipsi
hoc bonis operibus supplicant. hoc assiduis
uirtutum profectibus illi recompensare studeant.
quod de praegustata dulcedine sibimetipsi sub
trahit. dum utilitati et edificationi ipsorum
seruire satagit. fulcire se floribus. et sti
pari se malis. hoc in expostulat. ut spe et